Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Terra deserta est sicut
titulus dixit · indigentia
istius mundi et sterilita
te ieiunii, In inuia · quia
mundus in se non habet
uiam nisi dnm saluato
rem · qui inter est ceco
rum, et in aquosa · id
arida atq · infertilis ·
ut merito eius anima
nimia siccitate
durescat, unde per
hec tria nomina mun
di istius necessitas indi
catur, Tunc se appa
ruisse dicit scā ecclā
in sco · quando xpm
uerum dm esse cog
nouit, nemo ueritatem
uidit · nisi dō prius apa
rere potuerit,

Pinguedo animae
diuinarum rerum
scientia est · et
recta fides · ac in
concussa patientia,
et labia exultationis ·
id est hic orationis ·
et illic exultationis ·
ac laetitia sempi
terna,

Et inuelamento · id
est in protectione
caelestis auxilii
sed dicit ecclesia ex
ultare, et se adhe
sisse dno dicit · ut
numquam recedat
a bono proposito,
Dextera patris xps ē
dns · qui sus cepit eccle
siam · alarum suarum
uelamine protegendam,

In terra deserta &
inuia & in aquosa ·
sic in sco apparui
tibi · ut uiderem
uirtutem tuam &
gloriam tuam ⁊
Quoniam melior est
misericordia tua
super uitas · labia
mea laudabunt te ⁊
Sic benedicam te in
uita mea · ÷ &: in
nomine tuo leuabo
manus meas ⁊
Sicut adipe & pingue
dine repleatur ani
ma mea · & labia
exultationis lau
dabit os meum ⁊
Si memor fui tui su
per stratum meum ·
in matutinis medita
bor in te · quia fu
isti adiutor meus ⁊
Et: in uelamento
alarum tuarum
exultabo · adhesit
anima mea post te ·
me sus cepit dextera

Misericordiam dicit ·
dni premia · quae
scis suis promittit
larga pietate · quae
longe melior est uita
presenti, Labia mea lau
dabunt te, post benefi
cia quae premisit de
uote laudis obsequium ·
pollicetur quod dō
nouerat esse gratissimū,

Benedicit enim uita
sua perfecte dm ·
qui bonis operibus in
hac luce uersatur ⁊
Leuat manus suas
in nomine dni · qui
operibus scis insis
tendo tensis manib ·
orat dnm · ut ipsa
oratio designet effi
giem scae crucis ⁊

Nam cum dicit eccle
sia · Si memor fui · osten
dit se recordationem
dni semper habuisse ·
nec oblitam fuisse
in rebus prosperis ·
quando solent huma
na corpora quiescere ⁊
Per stratum significat
quietem · ubi solemus
insomnos corpora nra
remittere, In matuti
nis uigilat quoniam
nec inter prospera
sua · poterat obliuisci
lucis auctorem ⁊